



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Piatore martyre. Cap[itulum]. xi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

uelatur: et q̄ vt sancti corpori vestimenta ad se  
pellendum mitteret: mandatur: quod et illa fe-  
stinanter ad implere curauit: in quibus vir san-  
ctus inuolutus sepultus fuit.

De sancto Piatore martyre.

Cap. xi.



### Datoz marty: apud

toziacense oppidū passus est: qui cum beato dionysio ep̄o suisq; so-  
cjs ab vrbe roma egressus: galliā  
predicandis causa expetit: et ab  
eodē presbyter ordinatus fuit. Atq; postmodū  
pro confessione nois xp̄i consummato martyrio  
ad dñm migravit kalen. octobris: vt ait ado.

De translatione sancti Germani. Cap. xii.



### Translatio

corps sancti ger-  
mani antiochore-  
sis ep̄i apud can-  
dem ciuitatē colitur kalēdis  
octobris: quo vicz die corpus  
eius de raucēna translātū: vbi  
in pace dormierat: antiochore-  
delatū: est: quod regina plas-  
cida ad galliam vt eidem in

extremis argenti promiserat destinauit: vt sus-  
pra dicitur est in eius legenda pridie kalēdas  
augusti. Cum autē beatus germanus per  
ciuitatem vercellensem transiens: eusebio ep̄o  
scopo pmisisset: q̄ in reditu eius raucēnā per-  
gentis ecclesiam: quam ille fundauerat dedica-  
ret. audiens eusebius q̄ germanus defunctus  
esset: ecclesiam consecraturus cereos accendi  
fecit. Sed quanto plus accendebatur: eo am-  
plius extringuebantur. Quod videns eusebius  
intellexit ecclesiam alio tempore dedicandam.  
Cum ergo corpus sancti germani quod ad gal-  
lias transferebatur: vercellas delatum esset:  
mox vt in ecclesiam ipsam inducitur: cerei om-  
nes diuinitus inflamātur. Tunc eusebius pro-  
missionis memor intellexit: vt quod germanus  
uiuens se facturū promiserat: mortuus adim-  
plebat. Sicq; tali dedicatione contentus eccle-  
siam dimisit. Et corpus ad ecclesiam suam dela-  
tum ibidem honorifice conditum est.

De sanctis Leodegario episcopo  
et Berino martyribus. Cap. xiii.



### Leodega-

rius ep̄us et ge-  
rinus martyres  
apud eduensem  
ciuitatem passi  
sunt tpe childerici regis fran-  
corū. Qui leodegarius dum  
esset ep̄us eduenis clothario  
rege decedere: voluntate dei  
et principū consilio childerici

frat̄re clothari adolescentē idoneū p̄fecit in  
regem. Hebrionus hō maior domus regie theo-  
doricz childerici germanū p̄ficere nitēbat:  
non propter regni cōmodū: sed q̄ oibus odio-  
sus iam regis et principū verebatur. Timens  
igitur regē hebrionus: licentia obtenta mona-  
steriū introiuit. Rex hō theodoricū: ne contra  
regnum moliretur in custodia detinebat: et p̄-  
dentia ep̄isopi officis populi pace gaudebat.  
Sed post aliquod tps: rex malignorū consi-  
llo in tantum in leodegariū odiū incitatur: q̄ op-  
portunitatem mortis eius inquirebat. Ep̄isco-  
pus hō blande ferens: et inimicos vt amicos  
amplectens: egit cum rege: vt in vrbe: cui p̄-  
erat: die pasche celebraret: et cū eodē in mensa  
cōmunicaret. At hō cum audisset: q̄ rex eius  
mortē perficere decreuisset: sic persecutorem  
perfugit: q̄ in luxouensi monasterio dño ser-  
uiens etiā hebrionio: q̄ in ipso cenobio: in mona-  
stico habitu latitabat: deuote seruiuit. Post  
modicū rex moritur et theodoricus in regē sub-  
limat. Leodegarius hō populi sui lacrymis  
et precibus motus: et abbat̄is imperio compul-  
sus: ad sedem suā rediit. Hebrionus quoq; sta-  
tim apostatauit: et regis senescbalcus est ordi-  
natus. Qui deterior effectus leodegariū occi-  
dere nitēbatur. Missis igit̄ militib; eū cepit:  
Qui in habitu pontificali detentus: ab eisdem  
extorcularis est: sicq; dimissus: Post bienniū hō  
sanctus leodegarius cū fratre suo gerino quez  
hebrionus relegauerat: in palatiū regis addu-  
ctus: dum ad irrationes hebrionū sapiēt̄er et pa-  
cifice responderet: nequissim; ille iussit gerinū  
lapidibus obrui: ep̄iscopū hō tota die nudis pe-  
dibus per quendā flumiū super acutissimos la-  
pides decurrentē deducti. Et audiens q̄ in his  
tormentis deum laudaret linguam eius p̄scidit  
fecit: et postmodum cuidam custodi tradidit.  
Ille autē vsū loquendi non amittens predi-  
cationi populorū instabat: predicēs quomodo  
et qualiter hebrionus mortuus erat. Lux etiā  
immensa in modum corone eum circūdedit.  
Quod hebrionus audiens: missis quatuor spi-  
culatoribus eum decollari mandauit. Quorum  
tres verba eius pacifica audientes: adeo sunt  
compuncti: q̄ ad pedes eius procidentes ventā  
postulabant. Quartus hō cum eum decollasset  
a demonio arripit et in ignē proiectus exiit.  
Et p̄pleto biennio audiuit hebrionus corpus  
sancti intraculis illustrari: et inuidens misit mi-  
litē ad videndū si sic veritas se haberet. Qui  
ueniens et sanctū corpus deridens: ac tumbam  
calce percussens statim a demonio inuasus ex-  
pirauit. Deinde hebrionus p̄m q̄ sanctus p̄-  
dixerat: gladio nequiter occisus est. Passio  
horum martyruū agitur. vi. noū. octobris. Qui  
passi sunt circa annū dñi. ecccccclxxx.

De sanctis Eleutherio et alijs in-  
numerabilib; martyrib; Cap. xiiii.